



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De  
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.  
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius  
nunc primum evulgatus**

**Philipp <Eichstätt, Bischof>**

**Ingolstadii, 1617**

XXXI. Henricus III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

## XXIX. Henricus I.

*Henricus paucis bona fecit multa sub annis.*

Tenuit Episcopatū annos tres & duos menses. Morte extinctus M. CC. XXIX. IV. Idus Ianuarij. Progenitus ex nobili familia à Zipplingen. De hoc Præsule Vrspergensis in Chronico Anno Domini M. CC. XXVI. Ecclesia Vrspergensis pro ducentis Marcis, quas B. Prapositus pro liberatione Ecclesie persoluit, ab Alberto de Niunburg redimitur, & fidem Henrici Regis datam in manu bona memoria Henrici de Zupplingen tunc Episcopi Eychstettensis accepit. Interfuit Straubingæ cum plurimis aliis Principibus tam sæcularibus, quàm Ecclesiasticis, nuptiis, quas Ludouicus Dux, filio suo Othoni splendidissime apparauerat, teste Auentino lib. 7.

## XXX. Henricus II. hoc nomine.

*Vix fuit Henrico similis virtutis amico.*

Oriundus ex nobili familia de Tischingen, sedit annos quinque minus tribus mensibus. Obiit anno M. CC. XXXIV. XI. Kalend. Iulij.

## XXXI. Henricus III. hoc nomine.

*Henricus siquidem patri successit eidem.*

Dictus à Rauensperg. Tenuit cathedram Willibaldinam annis sex. Mortuus M. CC. XXXVII. III. Kalend. Iulij. Quocirca mendum irrepsisse oportet in Chronicam Augustensem, vbi dicitur, Henricus Eystettensis Episcopus interfuisse, quando Vricus I. Lantinentensis Episcopus consecratus est anno salutis M. CC. XXXVIII. Nam hoc anno non Henricus, sed successor eius Eridericus regi Willibaldino iura dabat.

O o 2 XXXII

to Isle Henricus consecravit  
 Anno Domini 1233. X. Kalend.  
 Octobris Tempus 5. Prauicij  
 Ingolstadt, ut notat Humilis  
 in Althopoj  
 Finis libri primi.

DE EPISCOPO EY-  
 STETTENSIS

LIBER SECVNDVS